


Num. 1.



Num. 2.

Fig. 24.

capsulâ denuò laryngem
occludente, ne guttam
quidem dimiserit, attra-
cto verò filo subitaneas
effuderit pluvias &c. ho-
rum omnium easdem
penitus esse causas, quas
in Conclus. I. IV. VI. &
VII. deduximus, nimis
manifestum est, adeoque
nec opus neque consul-
tum, ut cramben bis co-
ctam hîc apponamus.

CONCLUSIO XI.
In altero verò clepsydræ
αυτομάτης genere [Vid. Fig.
25.] causas, his iisdem
licet valdè similes, effe-
ctibus suis paulò distin-
ctius applicare, inutile
haut fuerit, quandoqui-
dem fabricæ diversitas
effectûs quoque, aut mo-
di saltem ejus producen-
di notabilem varietatem
induxit. Cùm igitur a-
quis repleta esset inversa
clepsydra, ac postmo-
dum erecto iterum situ
supra pelvim P Q sta-
tuta, depluit statim li-
quor intus absconditus,
tametsi superno orificio
prorsus carebat hæc fa-
brica,

Causa II.
Phæn.